



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

34 Vouens religionem sine animo seruandi eius regulam ad eam tenetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO XXIX.

Ex conf. 24. alias 50.

Sicut dolus recipiendum, quamvis validitati professionis non obstat, efficit tamen ne monasterium bona ingressi habere debeat; c. constituit. 20. q. 3. ita dolus profitemis, dicens se diuites, cum nihil habeat, etsi professio ipsam non annullat, cum sit error fortunæ, facit tamen ne monasterium eum alere teneatur. Haud secus ac matrimonium contractum per errorem fortunæ, vel qualitatibus personæ valet, si non erratur in persona, c. 1. §. sicut ergo, 28. q. 1. & Nau. in Man. c. 22. nu. 12. Maritus tamen, cui dos promissa est, uxorem accipere, & alere, donec illa ei soluat, non tenetur ex Panor. in c. per vestras nu. 4. de donat. inter virum & uxorem.

DECISIO XXX.

Quamuis infirmitas, attentio solo iure naturali, & diuino, immo & humano, cap. 1. de statu monac. in 6. & eius etiam inuolutione per Concilium Trid. sess. 27. ca. 7. de regul. facta iusta videtur causa, vt monialis extra monasterium de licentia superioris maneat, & ateneis tamen posterioribus summorum Pontificum decretis & constitutionibus, videlicet Pij V. in vna Bulla, quæ incipit circa & in alia, quæ incipit, decori. edit. 1569. constit. 100. & Greg. 13. in Bulla, quæ incipit, Deo facis, edita. 1572. constit. 13. iusta tantum causa petendi, & obinend. dispensationem infirmitas, adiuncta monasterij paupertate effecti conetur.

DECISIO XXXI.

Ex conf. 25. alias 48.

Profectio a laborante morbo Gallico, vel alio contagioso, illo tacito facta, non valet, si religio, quam professus sit statutum Papæ, vel suum a Papa confirmatum habeat, quod professionem negatio morbi factam annihilat, & ei rei potest sine aia Papæ licentia. Secus autem si religio nullum tale statutum habeat: Tunc enim professio iure communi attendit, & gritudine etiam morifera non annihilatur; potest tamen talis iuste a prælato puniri, & imposita poenam ob commissum peccatum subire tenetur.

DECISIO XXXII.

Ex conf. 26. alias 3.

Sicut professio religionis ab excommunicato, vel ad rationem obligato, facta valet, c. cum illorum, de ser. excomm. & cap. 2. de oblig. ad ratiocin. licet uterque peccet: ita etiam patet, sub tanta paupertate laboranti; ut, vt filius sine peccato religionem profiteri nequeat, professio ab eo facta valida est, filius tamen sic professus ad sustentandum parentibus, non alio modo sustentare valentibus exire tenetur, si viri prudentis arbitrio, utroque tempore scilicet ingressus, & egressus potuerit, & possit eorum paupertati subuenire, qua cessante, ad monasterium redire obligatur.

DECISIO XXXIII.

Ex conf. 27. deest in Notis.

Cum metus iuste illatus, nec actione pariat, nec actum annullat, vel rescindit, si mulier, ff. de eo, quod me tus causa, sicut Princeps indulgetis poenam mortis iuste damnato, ex lege, vt ducatur in uxorem aliquam pauperem, quam si ducat, valet matrimonium: Ita etiam professio damnata ad carcerem perpetuum, qui liberatur a Papa, ea condicione, modo religiosus fiat, satis libera, & valida esse ferri debet: cum professio facta in metu iusto non rescinditur, nec metus iuste illatus, libertatem actus tollit.

DECISIO XXXIV.

Ex conf. 28. alias 46.

Vouens religionem sine intentione seruandi regulam eius, modo animum proficendi habeat, ad eam seruandam obligatur: ita Nau. in Man. c. 12. nu. 50. Secus tamen si nec animum proficendi, nec illatenus obligandi se religioni habuit, sed solum simulandi; Cum professio &

uorum in foro conscientie sine consensu, & animo obligandi se constare non possint: Arg. cap. tua, de sponsal. & c. cum d. lectus, de his que vi; in foro tamen exteriori animum proficendi habuisse iudicabitur.

DECISIO XXXV.

Ex conf. 29. alias 30.

Cum a iure antiquo recedendum non sit, nisi quatenus per nouum expressè recedatur: præcipimus, C. de appell. & annus nouitiatus, admissio, & reiectio in fauorem recipientium, & recepti statuta sint & proinde nec contra utriusque consensum retorquenda; arg. cap. quod ob gratiam, de regul. iur. Prælati, & Conuentus, vel Capitulum, dilatoriem ad proficendum nouitio post annum nouitiatus probato a se pro idoneo, non obstat Conc. Trid. sess. 25. ca. 16. de reg. iusta de causa concedere potest; quia id in vltimo Concilio fuit, nec per illud contrarium exprimitur, sed solum additur, vt finito nouitiatus anno nouitios pro idoneis habitos admittant, aut reiciant, & consequenter cum cogere ad proficendum, aliud sit, quam admittere ad professionem, vel reijcere, & a diuersis non fit illatio l. Papin. ff. de minorib. & ca. ad audientiam, de decim. admissus iusta de causa professionem suam differre potest.

DECISIO XXXVI.

Ex conf. 30. alias 20.

Quamuis ante decem & sex annos completos professio valide fieri non possit, ex Conc. Trid. sess. 25. ca. 15. de regul. & aliter facta nulla censetur, quia tamen habitum suscipere, aut nouitiatus annum ante decimum sextum annum implere Concilium non vetat, annus probationis incipit immo & perfici ante decimum sextum annum completum potest, & virtute illius probationis expleto decimosexto professio iuxta ius antiquum, Cle. eos, de regul. quod nullatenus quoad hoc correctum est, licite fieri potest: Non tamen verè professus censetur, qui antequam expresse proficatur, expelli potest; ratio enim dicitur, vt tanta libertate vt possit nouitius ad exeundum quantum conuentus ad eijciendum; Cum statutum in vno correctum locum habere censetur in alio, dummodo eadè ratio idem dicitur in eo, l. 1. C. de confes. lib. 12. & Felin. in proœmio Greg.

DECISIO XXXVII.

Ex conf. 31. alias 24.

Regularis Episcopo subiectus, & etiam exemptus, de licentia Superioris sui, Vicarius, & Cubicularius, Episcopi esse potest; c. cum pastoris, 2. q. 7. Innoc. in c. c. l. & A. & Fel. ibi, de re iudic. di. modo habitum retineat: Solutus autem Papæ est facultatem facere extra Monasterium manendi sine habitu c. 2. Ne cler. vel mon. in 6. & c. clerici, de vit. & hon. cleric. qui tamen tam difficile ferè dispensat, vt Monachus habitum subtus vestem deferat, quam illum omnino dimittat, ita Gl. ff. in clem. 2. de vit. & honest. cler. Pan. in c. Deus, qui tit. eo.

DECISIO XXXVIII.

Ex conf. 32. alias 31.

Licet iure antiquo, c. ad Apostolica, de reg. anteq. professio ante annum probationis facta valebat, exceptis ordinibus Medicantiis, c. Non solum, c. c. institutionem de regu. in 6. & etiam in illis si habeat ad id ius priuilegium; Hodie tamen ipso iure est nulla, sicut etiam nulla censetur, si ab aliquo, qui ignorabat Concilij Tridentini decretum, sess. 25. c. 15. de regul. aut in Monasterio, quod habebat priuilegia admittendi ad professionem volentes ante annum proficere anno 1564. die prima Aprilis, ante annum probationis expletum, emissa fuisset, non obstantibus constitutione Pij Quarti super declaratione temporis ad Concilij Tridentini decreta obseruanda sub datum